Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Prologi beati Ieronimi presbiteri super Evangelistas

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

quidem pugnantes · sed cordibus dominum ora
tes · prostrauerunt non minus · xxxv · milia · pre
sentia dei magnifice delectati · Cumque
cessassent · et cum gaudio redirent · cog
nouerunt nicanorem ruisse cum armis suis
Facto itaque clamore · et perturbatione ex
citata · patria uoce omnipotentem dominum be
nedicebant · Precepit autem iudas qui per omnia
corpore et animo mori pro ciuibus paratus erat
caput nicanoris et manum cum humero
abscisam ierusalem perferri · Quo cum
peruenisset · conuocatis contribulibus et sacerdo
tibus ad altare · accersiuit et eos qui in ar
ce erant · et ostendit caput nicanoris · et
manum nefariam · quam extendens contra do
mum sanctam omnipotentis dei magnifice
gloriatus est · Linguam etiam impii nica
noris precisam iussit particulatim auibus
dari · manum autem dementis contra templum
suspendi · Omnes igitur celi dominum benedixe
runt dicentes · Benedictus deus qui lo
cum suum incontaminatum conseruauit · Su
spendit autem nicanoris caput in sum
ma arce · euidens ut esset et manifestum
signum auxilii dei · Itaque omnes communi con
silio decreuerunt nullomodo diem istum absque
celebritate preterire · habere autem celebritatem
xiii · die mensis adar · quod dicitur uoce sy
riaca · pridie mardochei diei · Igitur his
erga nicanorem gestis · et ex illis temporibus ab
hebreis ciuitate possessa · ego quoque
in his finem faciam sermonis · Et siqui
dem bene ut ystorie competit · hoc et ipse
uellem · Si autem minus digne · conce
dendum est michi · Sicut enim uinum semper bibere · aut
semper aquam contrarium est · alterius autem uti de
lectabile · ita legentibus si semper ex
actus sit sermo non erit gratus · Hic ergo
erit consummatus · Explicit

liber machabeorum · ii · Incipit prologus beati
Ieronimi presbiteri in euangelistas · Incipit
prologus primus ·

Nouum opus me fa
cere cogis ex ueteri ut
post exemplaria
scripturarum toto
orbe dispersa quasi
quidam arbiter sedeam · Et quia inter se
uariant · que sint illa que cum greca con
sentiant ueritate decernam · Pius labor
sed periculosa presumptio · iudicare de ce
teris · ipsum ab omnibus iudicandum · senis
mutare linguam · et canescentem mundum
ad initia retrahere paruulorum · Quis enim do
ctus pariter uel indoctus · cum in manus su
as uolumen assumpserit · et a saliua quam
semel imbibit uiderit discrepare quod
lectitat · non statim erumpat in uocem · me
falsarium · me clamitans esse sacrilegum
qui audeam aliqua in ueteribus libris adde
re · mutare · corrigere · Aduersus quam inuidiam
duplex causa me consolatur · Quod et tu qui
summus sacerdos es · fieri iubes · et uerum non esse quod
uariat · etiam maledicorum testimonio conproba
tur · Si enim latinis exemplaribus fides est
adhibenda · respondeant quibus tot sunt pe
ne exemplaria quot codices · Sin autem ue
ritas est querenda de pluribus · cur non ad gre
cam originem reuertentes ea que uel a uitio
sis interpretibus male edita · uel a presump
toribus imperitis emendata peruersius uel a libra
riis dormitantibus · aut addita sunt aut
conmutata corrigimus · Neque uero ego de ue
teri disputo testamento · quod a · lxx · senior
ibus in grecam linguam uersum · tercio gradu ad
nos usque peruenit · Non quero quid aquila
quid symmachus sapiant · quare theodo
tion inter nouos et ueteres medius incedat

expl' lib' machab' ii Incipit plogus bti Ieronimi pbri in euangelistas · incipit plog' primus ·

Sit illa vera interpretatio quam apostoli probaverunt.
De novo nunc loquor testamento quod grecum esse
non dubium est excepto apostolo matheo qui pri-
mus in iudea evangelium christi hebraicis litteris edidit.
Hoc certe cum in nostro sermone discordat
et diversos rivulorum tramites ducit. uno
de fonte querendum est. Pretermitto eos codices
quos a luciano et hesychio nuncupatos
paucorum hominum asserit perversa contentio.
quibus utique nec in veteri instrumento post
septuaginta interpretes emendare quod licuit nec in
novo profuit emendasse. cum multarum gen-
tium in linguis scriptura ante translata
doceat falsa esse que addita sunt. Igitur hec pre-
fatiuncula pollicetur quattuor tantum evangelia
quorum ordo iste est. Matheus. marcus. lucas.
iohannes. codicum grecorum emendata collatione
sed veterum. que ne multum a lectionis latine con-
suetudine discreparent. Ita calamo tem-
peravimus ut his tantum que sensum videban-
tur mutare correctis reliqua manere pa-
teremur ut fuerant. Canones quoque quos
eusebius cesariensis episcopus alexandrinum
secutus ammonium in x numeros ordinavit
sicut in greco habentur expressimus. Quod si quis
de curiosis voluerit nosse que in evangeliis
vel eadem. vel vicina. vel sola sint. eorum di-
stinctione cognoscat. Magnus siquidem
hic in nostris codicibus error inolevit. dum
quod in eadem re alius evangelista plus dixit
in alio quia minus putaverint addiderunt. vel
dum eundem sensum alius aliter expressit.
ille qui unum e quatuor primum legerat.
ad eius exemplum ceteros quoque estimaverit
emendandos. Unde accidit ut apud nos
mixta sint omnia et in marco plura luce atque
mathei. Rursum in matheo iohannis et mar-
ci et in ceteris reliquorum que in aliis propria sunt
inveniantur. Cum itaque canones legeris qui sub-
iecti sunt confusionis errore sublato et si-
milia omnium scies et singulis sua queque re-
stitues. In canone primo concordant iiii.
matheus. marcus. lucas. iohannes. In secundo tres.
matheus. marcus. lucas. In tercio tres. ma-
theus. lucas. iohannes. In iiii tres. matheus. mar-
cus. iohannes. In v duo. matheus. lucas. In vi
duo. matheus. marcus. In vii duo. matheus. iohannes.
In viii duo. lucas. marcus. In nono
duo. lucas. iohannes. In decimo propria unus-
quisque que non habentur in aliis ediderunt. Sin-
gulis vero evangeliis ab uno incipiens usque
ad finem librorum dispar numerus increscit.
Hic nigro colore perscriptus sub se habet
alium ex minio numerum discolorem qui ad
decem usque procedens indicat prior numerus
in quo sit canone requirendus. Cum igitur
aperto codice verbi gratia illud sive illud ca-
pitulum scire volueris cuius canonis sit.
statim ex subiecto numero doceberis et recur-
rens ad principia in quibus canonum est
distincta congeries. eodemque statim canone
ex titulo frontis invento illum quem quere-
bas numerum eiusdem evangeliste qui et ipse
ex inscriptione signatur invenies. atque e vi-
cino ceterorum tramitibus inspectis quos
numeros e regione habeant adnotabis
et cum scieris recurres ad volumina sin-
gulorum et sine mora repertis numeris quos
ante signaveras repperies et loca in quibus vel
eadem vel vicina dixerunt. Opto ut in
christo valeas et memineris mei papa
beatissime.

Item prologus.

Plures fuisse qui evan-
gelia scripserunt et lu-
cas evangelista testa-
tur dicens. Quoniam quidem
multi conati sunt ordinare narratio-
nem rerum que in nobis completa sunt sicut

tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem et ministraverunt ei. Et presencia usque ad presens tempus monumenta declarant, que a diversis auctoribus edita diversarum hereseon fuere principia, ut est illud iuxta egyptios et thomam et mathiam et bartholomeum, xii quoque apostolorum et basilidis atque apellis ac reliquorum quos enumerare longissimum est. Cum hoc tantum in presentiarum necesse sit dicere extitisse quosdam qui sine spiritu et gratia dei conati sunt magis ordinare narrationem quam hystorie texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari: Ve qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suum, qui dicunt: dicit dominus, et dominus non misit eos. De quibus et salvator in evangelio iohannis loquitur: Omnes qui ante me venerunt fures fuerunt et latrones, qui venerunt non qui missi sunt. Ipse enim ait: Veniebant et ego non mittebam eos. In venientibus presumptio temeritatis, in missis obsequium servitutis est. Ecclesia autem que super petram domini voce fundata est, quam introduxit rex in cubiculum suum et ad quam per foramen descensionis occulte misit manum suam, similis dammule hinnuloque cervorum, quatuor flumina paradysi instar eructans, quatuor angulos et anulos habet per quos quasi archa testamenti et custos legis domini lignis mobilibus vehitur. Primus omnium matheus est publicanus cognomento levi, qui evangelium in iudea hebreo sermone edidit, ob eorum vel maxime causam qui in ihesum crediderant ex iudeis et nequaquam legis umbra succedente evangelii veritatem servabant. Secundus marcus interpres apostoli petri et alexandrine ecclesie primus episcopus, qui dominum quidem salvatorem ipse non vidit, sed ea que magistrum audierat predicantem iuxta fidem magis gestorum narravit quam ordinem. Tercius lucas medicus natione syrus antiochensis, cuius laus in evangelio, qui et ipse discipulus apostoli pauli in achaie bithinieque partibus volumen condidit, quedam altius repetens et, ut ipse in procemio confitetur, audita magis quam visa describens. Ultimus iohannes apostolus et evangelista quem ihesus amavit plurimum, qui supra pectus domini recumbens purissima doctrinarum fluenta potavit, et qui solus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cum esset in asia et iam tunc hereticorum semina pullularent cerinthi hebionis et ceterorum qui negant christum in carne venisse, quos et ipse in epistula sua antichristos vocat et apostolus paulus frequenter percutit, coactus est ab omnibus pene tunc asie episcopis et multarum ecclesiarum legationibus de divinitate salvatoris altius scribere et ad ipsum ut ita dicam dei verbum non tam audaci quam felici temeritate prorumpere, ut ecclesiastica narrat hystoria. Cum a fratribus cogeretur ut scriberet, ita facturum se respondisse si indicto ieiunio in commune omnes deum precarentur. Quo expleto revelatione saturatus illud procemium e celo veniens eructavit: In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum; hoc erat in principio apud deum. Hec igitur quatuor evangelia multo ante predicta ezechiel quoque volumen probat in quo prima visio ita contexitur: Et in medio sicut similitudo quatuor animalium et vultus eorum facies hominis et facies leonis et facies vituli et facies aquile. Prima hominis facies matheum significat qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis ihesu christi filii david, lib
filii abraham. Secunda marcum in quo vox leonis in heremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto: parate viam domini.

rectas facite semitas ei. Tertia uituli-
q euglistā lucā a zacharia sacdote sū
psisse initium pfigurat. Quarta iohem
euglistā. qui adsumptis pennis ad
le ad altiora festinans de ilbo dei di
sputat. Cetera q sequunt i eunde sensu
pficiunt. Crura eo recta ꝛ pēnati
pedes. ꝛ quocūq spc ibat. ibant ꝛ no
reuitebant. ꝛ dorsa eo plena oculis.
ꝛ scintille ac lampades i medio disc
rentes. ꝛ rota in rota. i singlis. iiii.
facies. Vn ꝛ apocalipsis iohis. post
expositione xx iiii. senio qui tene
tes cytharas ꝛ fialas. adorant agnū
di. introducit fulgā. ꝛ tonitrua. ꝛ vii
spc discurrentes ꝛ mare uitreū ꝛ iiii
aialia plē ocul. dicens. Animal pm
simile leoni. ꝛ sc̄m simile uitulo. ꝛ
tciū simile hōi. ꝛ qrtū simile aquile
uolanti. ꝛ post paululū plē inquit
erant ocul. ꝛ requiem n̄ hēbant die ac
nocte dicentia. scs. scs. scs. dns ds oi
potens qui erat ꝛ qui ē ꝛ qui uenturꝰ ē.
Quibz cunctis pspicue ondit. qtuor tm
debē euangelia suscipi. ꝛ omis apocrifo
nenias mortuis mag hereticis qm eccl
siasticis uiuis canendas. Itē plogus

Eusebius carpiano frī in
dno salt. Ammoni qui
dam alexandrinꝰ magno
studio atq industria unū
nob p quatuor euangelijs dereliquit.
Namq tum euangelio sens excep
tis omis similes otentos q mathi eu
qi ad unū ogestos adnexuit. Ita ut
cotexe qtuū ad tenore ptinz lectiois.
sequis iam stilus intrupts ēe uideat.
Vero ut salvo corpe sui textu ceto
hoc ē euglio ppria ꝛ familiaria

loca. in quibz eadē similr q dixerunt.
scire possis. ac ūe discere. accepta oc
casione ex pdicti uiri studio alia
ronē. decem uno t titulos designu.
Quo primus qtuor in se otinz nu
meros. in quibz similia ab unius
dicta s. matheo. marco. luca. iohe.
Scds in quibz tres. maths. marc.
lucas. Tertius. in quibz tres. math.
lucas. iohs. Quart in quibz. tres.
mathis. marc. iohs. Quint i quib
duo. mathis lucas. Sextus i qbz
duo. mathis marc. Septimꝰ i qbz
duo. math. iohs. Octauus i quibz
duo. marc lucas. Non in qbz duo.
lucas iohs. Decimꝰ in quibz singuli
de quibzdam ppria scripserunt. ꝛ qui
dem subiector titulo ideargumt.
clara uo eo narratio hec. ꝛ eni p
singla loca euglio quida numer
uidet appositꝰ. paulatim incipiens
a pmo. deinde a scdo. postremo tribz
ꝛ p ordinem libro usq pgrediens.
Itaq p singulos numeros supputa
no p minio distinctione inuenit idas
significans eun dece titul adpositꝰ
numeros dimostrat. veluti siquidem
primꝰ ē tum ē in pmo. si uo scdo i scdo.
ꝛ eode modo usq ad decem. Si igr euo
luto uno qlicumq de quatuor eu
ãlibz capitulo uel insiste ꝛ uolene
qui similia dixerunt ꝛ loca ppria āg
scē singulo in quibz eadem s ploqu
ti. cuius dem sens que tenes relege
ppositū numeru qsitū q eu in titulo
que demonstrat titulū sb notatio m
inio scire potis ex supscriptoibz qs in
fronte notas inuenies. qui aut q de
hijs q inquiris silia dixerit. Venies

etiam ad reliqua evangelia pertinere nume
rum quem contines invenies appositos per singulos
numeros atque eos in suis partibus ex locis
similia dixisse reperies. Explicit prologus.

Sciendum etiam ne quis ignarus
ex similitudine numerorum
error involvat: quod sicut in sub
notatione canonum distinctorum in cano
ne quolibet tres evangeliste bis vel ter
vel quater aut etiam amplius eundem numerum
per ordinem habuerunt adnotatum. Ceterum
ex suo discrepantes quod id quod tres illi in
eo loco semel dixerunt: ceterum totiens
in corpore voluminis sui ponat quotiens di
stinctum in eo canone posita sunt secundum predictorum
numerorum continuatas similitudines.
Item secundo quolibet eorum aut etiam duobus
unde in canone numerus bis et quater aut eo
amplius repperiatur in ordine colloca
tum et dispar is inveniatur in ceteris dubium
non erit quod id quod illius illorum in te canonis
numeris bis ter repertum ab his
in volumine semel dictum sit: aliud vero con
tiens uno atque eodem sensu loquentes
quotiens protulerunt in numerorum adno
tatione distantia. Hoc et in omni nove
canonum collatione servabitur certum in de
cimo quidem propria singulorum tantum continet
non per te in separatio esse quod solum est. Explicit.

Matheus sicut in Prologus
ordine primus ponitur evangelio
primus in iudea scripsit. Cuius
vocatio ad deum ex publicanis actibus
fuit duorum patrum in generatione christi
principia presumens unius cuius prima cir
cumcisione carnis alterius cuius secundum cor e
lectio fuit, et ex utrisque patribus christus sit.
Sicque quaternario denario numero triformiter
posito principium a credendi fide in ele
ctionis tempus porrigens et ex electione usque in
transmigrationis diem dirigens atque a trans
migratione usque ad christum definiens decursam
adventus domini ostendit generationem ut et nu
mero satisfaciens et tempori et se quid esset o
stenderet et dei opus in se demonstrans etiam in
his quorum genus posuit christi operantis a prin
cipio testimonium non negaret. Quarum om
nium rerum tempus ordo numerus dispositio vel
ratio quod fidei necessarium est deus christus est
qui factus ex muliere factus sub lege natus ex
virgine passus in carne omnia in cruce
fixit ut triumphans ea in semetipso
resurgens in corpore et patris nomen in patribus
filio et filii nomen patri restitueret in filiis
sine principio et sine fine ostendens unum se cu
m patre esse quia unus est. In quo evangelio utile est
desiderantibus deum sic prima vel media vel
perfecta cognoscere ut et vocationem apostoli
et opus evangelii et dilectionem dei in carne na
scentis per universa legentes intelligant atque
id in eo in quo apprehensi sunt et apprehendere
expetunt recognoscant. Nobis enim in hoc
studio argumenti fuit et fidem facte rei
tradere et operantis dei intelligenda dili
genter esse dispositione querentibus non tacere.

Explicit prologus. Incipit evangelium secundum Matheum.

Liber
generationis
Ihesu Christi fi
lii David
filii Abra
ham. Abraham
genuit Y
saac. Ysa
ac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam
et fratres eius. Iudas autem genuit Phares
et Zaram de Thamar. Phares autem genuit
Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem

explicit prologus incipit evangelium secundum Matheum.